p tractaret. ecce subito die quadam apparue
runt signa illa mirifica in pictura. sic in aliis
ipsi ymaginibus pingi solent. Tremefacta
illa. filiam suam deo devotam prius advocavit.
requirens si absque stigmatibus usque nunc yma
go fuisset. Affirmat illa et iurat sic olym
sine stigmatibus exstitisse. et nunc vere cum stigma
tibus apparere. Verum quia mens humana semetipsam
frequenter impellit ut cadat. et indubium revo
cat veritatem. Subintrat iterum cor mulieris du
bitacio noxia. ne forte sic fuisset ymago
a principio consignata. At dei virtus. ne primum con
temneretur miraculum. addidit et secundum. Con
tinuo namque disparentibus signis illis. nuda
ta privilegiis ymago remansit. ut per se
quens signum fieret probatio precedentis. De mor
tuis suscitandis

In cathalonia quoque apud
ylerdam. accidit virum quendam nomine iohem
beato francisco devotum. quodam sero per quandam
incedere viam. in qua perimenda morte latitabant
insidie. non quidem ipsi qui inimicitias non habebat.
sed alteri cuidam qui videbatur similis ei et tunc